maris eodem uidelicet spu infusi uel regi dentis sinu recepti · INCENDIU AETHNAE

L Tellus siciliae q· cauernosa & sulphure ac bitumine strata uentis poenetrata
& ignibus patet · spu introrsus cum igni concertante multis sępe locis
fumum uel uapores uel flammas eructat uel etiam uento acrius incumben
te harenarum lapidum ue moles egerit · Inde montis aetnae ad exemplum
gehennae ignium tam diutinum durat incendium · quia insolarum aeo
lidum dicunt undis nutriri dum aquarum concursus spm secum in imum
~~cum~~ profundum rapiens tamdiu suffocat donec uenis terrae diffusus
fomenta ignis accendat · hinc scillei canes latrare finguntur dum pro
cul nauigantes undarum fremore terenur quas sorbente uoragine
conlidit aestus ·

DIUISIO TERRAE

LI Terrarum orbis uniuersus oceano cinctus in ter diuiditur partes · euro
pam asiam africam · origo ab occasu solis & gaditano freti qua inrum
pens oceanus athlanticus in maria interiora diffunditur · hinc intranti
dextera africa leua est europa inter has asia magnitudine compar · Aliis
duabus termini amnes tanais & nilus · xv · passum in longitudine quas
diximus fauces oceani patent · v · in latitudine · europa ergo ab occiden
te usq· ad septemtrionem · asia uero a septemtrione per orientem usq·
ad meridiem atq· inde africa a meridie usq· ad occidentem · extenditur ·

EXPLICIT LIBER DE NATURA RERUM

INCIP · LIBER · DE TEMPORA ET HORIS ET MOMENTIS ·

Capit. I Tempora momentis horis diebus mensibus annis seculis & aetatibus diuidun
tur · Momentum est minimum atq· angustissimum tempus a motu side
rum dictum est enim extraemitas horae in breuibus interuallis cum
aliquid sibi cedit atq· succedit · hora grecum nomen est & tamen latinum
sonat · hora enim finis est temporis · sicut & hora sunt fines maris fluuio
rum uestimentorum · constat autem · IIII · punctis · x · minutis · xl momen
tis · & notandum propter errorem cauendum quod conputus partim
natura partim auctoritate uel consuetudine nititatur natura ut
annum communem xII · menses lunares habere consuetudine ut menses
xxx · dieb; computari · auctoritate · ut ebdomadam · vII · feriis constare ·

DE DIE

Dies uulgaris est solis praesentia super terras · qui proprie · xxIIII horis

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_1449/0236